

SALOMON EPISCOPVS CONSTANTIENSIS.



SAlomon natus est in Turgouia ex nobili famí
lia de Ramschuuag. Eum parentes puerum ad
huc ad celeberrimam scholam monasterij S. Galli
miserunt, ut ibidem in melioribus literis & bonis
moribus institueret. Erat enim optima in dolo &
fölicissimo ingenio prædictus. Itaq; breui factum,
ut e quales suos omnes superaret, atq; in uirum do-
ctum et prudentem euaderet. Id quod ex eleganti
dictionario liquet, quod ab eo conscriptū, etiam-
num in pergameno ibidem ostēditur. Is cum ado-
leuisset, factus est Sacellanus Imperatoris Ludo-
uici Balbi, anno 880. In eo officio constitutus, res si-
bi commissas fidelissimē administravit, atque hoc

modo se in Cæsarum familiaritatem insinuauit, ita ut Ludouico à consilijs
fuerit.